



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Appellatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

§2 APOSTASIA. APPELL.

perfecto, & cōpleto. Secus, quando ex aliqua
cōiectura quod fauoris, cōstat scilicet intel-
ligatur de incepto. & sic exigebat ius anti-
quum. Quod non est mutatū nunc, quamuis
Concil. Trid. mutauerit numerum annorum
sacris ordinandorum: nā etiam nunc intel-
ligitur de anno incepto. cap. 25. num. 116.

A P O S T A S I A

A Fide.

Q V i metu finxit exteriū se apostataſſe
à fide, non est excommunicatus in foro
interiori, peccat tamen mortaliter. cap. 11.
num. 25. & in No. num. 27.

De apostata à religione vide tit. Religio-
fuis. 3.

A P P E L L A T I O.

A PPEL LATION non suspendit excom-
municationē, interdictum, vel suspen-
sionem præcedentem, bene tamen subse-
quentem. cap. 27. nu. 165.

In causa visitationis, correctionis, habili-
tatis, & inhabilitatis, ab Episcopo, seu il-
lius vicario generali, ante definitiūam sen-
tentiam ab interlocutoria, vel alio graua-
mine, non appelletur. cap. 25. num. 15. Hoc
tamen solum intelligi videtur in causis cri-
mina

inalibus quæ tractantur coram Episcopo vel eius Vicario generali; non tamen in eis quæ tractatur coram inferioribus, vel coram delegatis à Papa, Legato, vel Episcopo. Ibidem.

Iura remouentia vel admittentia appellationem in aliquot casibus, ut in plurimum procedunt in foro exteriori. Nam in interiori iudex peccat non admittendo appellationem. Ibidem. dicto 3.

Qui sciens se iustè condemnatum, appellat ad dilatandam executionem, peccat, & tenetur restituere damna & interesse n. 39. quando teneatur iudex admittere appellationem. vide tit. iudex.

ARCHIDIACONVS.

ARCHIDIACONVS debet esse magister seu Licentiatus in Theologia vel iure Canonico: nec sufficit esse in ciuili, medicina, vel artibus. Vocatur autem hoc in loco Archidiaconus, qui est caput Capituli, & primus post Pontificem, qui in Hispania in Ecclesijs sacerdotibus vocatur Decanus, & in regularibus Prior. cap. 25. num. 135.

A R G U M E N T A T I O, in communi, vide tit. Disputatio.

A R G U M E N T A T I O, iuridica. Argumentum à contrario sensu firmissimum est in iure. cap. 27. num. 221. & in Novo. 222.

D 3 ARRE